



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Praefatio Eximiae Pietatis Viro, Theodoricho A Gemmingen, apud  
Gutenbergam Necchari Regulo, Suo in Christo Patrono obseruandißimo,  
Iohannes Brentius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

P R A E F A T I O

# EXIMIAE

PIETATIS VIRO, THEO-  
DORICHO A GEMMINGEN,

apud Gutenbergam Necchari Regulo,

Suo in Christo Patrono obseruan-

dissimo, Johannes Brentius.



IITTO AD TE, VIR

longe omnium optime, quas

in Hiobis Tragœdiam ad-

notationes meditatus sum.

Cur enim non Tragœdiam

appellarem? quando, ut in

Tragœdia, ingentes perso-

nae, magni timores, luctus, exilia & cædes habentur:

ita in hoc libro magnates, reges & sapientes collo-

quuntur, funesta mortis desyderia, terribiles inferni

horrores, interim & in Deum blasphemiae execra-

biles describuntur. Huc adde, quod & libri phrasis,

apud suos Hebraeos, cothurno tragico incedit, adeoq;

in toto ferè libro nihil non tragicum reperies, nisi

quòd exitus multo omnium letissimus est, qui in Es-

thnicorum tragœdijs, funestus habetur. Nã hoc ipso

Spiritus sanctus docuit, non solum quantum sacra

P R A E F A T I O

prophanis, uerum etiam quantum calamitates piorū  
 ab impiorum luctu distent. Lugent enim Ethnici, do-  
 lent impij, sed luctus eorum finis, est finis, id quod  
 suae ipsorum tragœdiæ testantur. Lugent & pij, sed  
 exitum habent eorum calamitates optatissimū, cuius  
 rei exemplar in hoc libro propositum est. Has igitur,  
 qualescunq; adnotationes, ad te, Theodorice hu-  
 maniissime, mitto, non tam hoc nomine, quod ob pie-  
 tatem tuam dignus sis, quem certatim omnes pij co-  
 lant & uenerentur, quam quod multa, tum propter  
 egregias fortunæ dotes, tum propter celsam & plane  
 heroicā animi uirtutem, qua ingentia crucis aduer-  
 sa, toleras, cōmunia cum Hiobe habere uideris. No-  
 ui, tantam animi celsitudinem in cruce cōstantissime  
 perdurantē, in mortali tua carne nō esse natam. Dei  
 Opt. Max. donū est, non hominis, aut natura, aut ar-  
 tificiū. Itaq; si hæc adnotationū mearū ἀποταξέσθαι  
 (non enim ausim eas honorificētius adpellare) boni  
 consulas, & grato animo susceperis, si & his, studia  
 fratrum meorum, quos in Kreichgoia tua, habeo amī-  
 cissimos, adiuuero, suo munere satis defuncta  
 erunt. Vale in CHRISTO Domino

nostro. Ex Hala Sueuorū, ter-  
 tio Decembris. Anno  
 M.D.XXVI.